



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

XI. De episcopis & clericis adeuntibus imperatorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ita vt presbyteros & diaconos ordinet, & singula suo iudicio comprehendat. Amplius autem nihil ageretentet præter antistitem metropolitanum, nec metropolitanus sine ceterorum gerat consilio sacerdotum.

X.

Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quamuis manus impositionē episcoporum perceperint, & vt episcopi consecrati sint, tamen sanctæ Synodo placuit, vt modum proprium recognoscant, vt gubernent sibi subiectas ecclesias, earumque moderamine curaque contenti sint. Ordinent etiã lectores, & subdiaconos, atque exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant. Nec presbyterum vero, nec diaconum audeant ordinare, præter ciuitatis episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi statuta tentauerit, depositus, quo utebatur honore priuetur. Chorepiscopum vero ciuitatis episcopus ordinet, cui ille subiectus est.

XI.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut quilibet regulæ subiectus ecclesiæ, Concilium & literas episcoporum prouinciæ, & præcipue metropolitani, adierit imperatorē, hunc reprobari & abiici oportere, non solum a communione, verum & ab honore, cuius particeps videtur existere, quia venerandi principis auribus molestiam tentauit inferre contra leges ecclesiæ. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu & consilio metropolitani, & ceterorum episcoporum, qui in eadem prouincia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

XII.